conſortem · R · A · Tu iuſſiſti naſci · R · Te decet ·

Obſecramus midiam tuā ORAT
ęterne omp̄s ds̄ · qui hominē ad
imaginem tuam creare dignatus
es · ut ſpm & anima famuli tui ·
quę hodierna die rebus huma-
nis eximi · & ad te accerſire iuſ-
ſiſti · blande & miſericorditer
ſuſcipias · non ei dominentur
umbrę mortis · nec tegat eum cha-
os & caligo tenebrarum · Sed ex-
utus omnium criminū labe · in
ſinum abrahę patriarchę col-
locatus · locum lucis & refrige-
rii ſe adeptum eſſe gaudeat ·
& cum dies iudicii aduenerit ·

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 394, p. 296 – Calendar, List of the Abbots of the Monastery of St. Gall, Regula S. Benedicti, Rituals (http://www.e-codices.ch/it/csg/0394/296)